



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Apis Argvmentosa P. Georgij Schröteliij**

**Schrötel, Georg**

**Coloniæ Agrippinæ, 1633**

Serenissimo, ac R[everendissi]mo Principi ac Domino, Dn. Ferdinando,  
Archiepiscopo Coloniensi, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46515)



Serenissimo, ac R<sup>mo</sup> Principi  
ac Domino,

**Dn. FERDI-**  
**NANDO, ARCHIE-**  
**PISCOPO COLONIEN-**  
**SI, SACRI ROMANI IMPERII**  
per Italiam ArchiCancellario, & Prin-  
cipi Electori, Episcopo Monasteriensi,  
Paderbornensi, & Leodiensi, Admini-  
stratori Hildesiensi, Berchtesgadensi,  
& Stabulensi, Comiti Palatino Rheni,  
Vtriusq; Bauariæ, Westphaliæ, Anga-  
riæ, & Bullionis Duci, Marchioni  
Franchimontensi, Domino meo Cle-  
mentissimo, Æternam fe-  
licitatem.



**NTIQUISSIMI**  
moris est, Au-  
ctores suis libel-  
**A 2** **lisin**

## EPISTOLA

lis in publicum editis, Patronum quærere, cuius auctoritas Theoninum dentem abarceat. Ego Augustissimam Matronam habeo, alium Patronum non quæro, sed fidelem Clientem, qui hanc Patronam, quam libello hoc colendam propono, intimis sensibus amet, atque ardentissimis votis colat. Celsiorem autem, mihi que magis perspectum non reperio, quàm Te Ser<sup>me</sup>. Princeps Elector, cuius erga hanc nostram, totius inquam Mundi Augustissimam Patronam, singularis pietas,

EPISTOLA.

pietas, dulcis amor, & cultus  
 mihi probè cognitus est. neque  
 fortassis meliorem huius rei te-  
 stem, in terris habere poteris, cui  
 Celsa animi Virtus Tua, & pie-  
 tas, magis explorata sit. Scio  
 modestiam Tuam non ferre  
 palpum, nec me dare decet, alio-  
 quin huius singularis cultus, ac  
 pietatis, clarissima specimina, in  
 medium afferrem. Per se lo-  
 quuntur Aræ erectæ, perpetim  
 ardentes lychni, anathemata  
 preciosa, aliaque in varijs lo-  
 cis clarissima monumenta,  
 huic Celsissimæ Virgini Deipa-

## EPISTOLA.

ræ, à Te Ser<sup>me</sup> Princeps dicata.  
Id vnum iam ago; quæ Mona-  
chij in Aula Ser<sup>mi</sup> fratris Tui  
Maximiliani S. Rom. Imperij  
Electoris Dapiferi, ante annos  
plus quam viginti, ex Cathedra  
dixi, in hanc formam redacta,  
typo Tibi confecro; non vt cal-  
car, minimè necessarium, ad  
maiorem amorem & cultum  
huius Augustissimæ Nostræ  
Patronæ addam, sed vt occasio-  
nem aliquam, commodius eam  
inuocandi, præbeam. Vt hoc au-  
derem, fecit ipsum libelli argu-  
mentum, quod scio Tibi Ser<sup>me</sup>  
Prin-

EPISTOLA.

Princeps ingratum esse non posse. Tu hanc Matrem pulchræ dilectionis, amanter, & reuerenter colere perge : nefas erit de reciproco huius fidissimæ Patronæ amore, & fauore dubitare. De cætero huius cum primis Diuæ pijs visceribus, & Tuo Ser<sup>me</sup> Princeps clementissimo fauori, me quam demississimè committo.

Ser<sup>tis</sup>. Tuæ

Humillimus Capellanus.

Georgius Schrötelius.  
Societatis IESV.

A 4

B E.